

14 Officium magistratus, est utramque Legis divinæ tabulam factam tectam & inviolatam custodire, hoc est, veram pietatem, & Christianam religionem tueri, curare & fovere; subditorum commodis & paci publicæ consulere; pro lege & grege etiam armatâ vi, si necessitas postulat, defensivè tamen, non offensivè, pugnare & vindictam publicam legitimè exercere, neminem indicta causâ condemnare; sed causâ bene cognitâ & perspectâ, in fontes absolvere, fontes plectere.

15 Magistratus jus habet duplex. 1. Exigendi à subditis tributa & vectigalia, quæ sunt ornamenta pacis, subsidia belli, nervi Reipublicæ, quibus ad onera sustinenda & dignitatem tuendam, uti queat; modò cōscientiæ, æquitatis & commodi subditorum rationem habeat. 2. Leges & edicta promulgare; modò divinis legibus & salutis populi non sint adversæ, sed consentaneæ.

16 Hæc de præsidibus per modum imperii: ministerium vel simulatum est, ut Romani Pontificis, vel verum.

17 Papa Romanus non est Christi in terris vicarius, sed adversarius: non Petri in præfectura Ecclesiæ universalis successor, sed fidei & fidelitatis Petri desertor; non